

sed unum alterum mirifice illustrat & commen-  
dat.

## PROPOSITIO TERTIA

De æquilibrii moralis constitutione in conversione.

Primum *fidelitatis* stamen exsur-  
git in seria contritione, ac solicita  
spiritualis ac æternæ salutis cura, ea-  
que fit salutaris *fide*, ex Evangelio  
concepta.

## ILLUSTRATIO.

1. Quemadmodum, sine ullo genuino peccati sensu esse,  
character est hominis Epicurei, qui de salute sua, quo-  
modo ex corruptione, & emiseria sua ad eam emer-  
gat, nequaquam est sollicitus, quo animi statu nihil  
fane erga se ipsum esse potest infidelius: sic serio  
de universo peccati statu ratione sui esse contritum,  
ac de ejus emendatione sollicitum, initium est istius  
curæ de salute sua propriæ, quam merito *fidelitatis*  
nomine appellamus.
2. Hæc autem *fidelitas* genuina ac salutaris non est, ni-  
si omnem suam *euσεγειαν* ratione restituendæ salutis  
accipiat ex *fide*, seu fiducia; utpote per quam, tan-  
quam spiritualem animæ vitam, homo e peccato-  
rum morte ita resurgit, ut jam tum in hac ipsa vi-  
ta salutis, quæ æterna est, particeps reddatur.
3. Qui in conversione contritionem, maxime propriam  
illam.